

The *Manipulus/Scotichronicon* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

Prudencia siue prouidencia p

...et ideo qui supra (Seneca De ^{iiii^{or}} virtutibus):

‘Si prudens esse cupis, in futurum prospectum intende, et que possunt contingere, animo tuo cuncta prepone. Nichil tibi subitum sit, sed solum ante prospicias. Nam qui prudens est non dicit: “Non putavi hoc fieri”, quia non dubitat sed expectat, non suspicatur sed cauet.’

Scotichronicon, 12.12 (Watt ed., vol.6, p.326, ll.45-50).

Si prudens esse cupis, in futura prospectum intende et que possunt contingere, animo tuo cuncta propone; nichil tibi subitum sit sed totum ante prospicias. Nam qui prudens est non dicit: Non putaui hoc fieri; quia non dubitat sed expectat, non suspicatur sed cauet.

Seneca ibidem (de quattuor uirtutibus).

Manipulus florum, Prudencia siue prouidencia p

Si prudens esse cupis, in futura prospectum intende et quae possunt contingere, animo tuo cuncta propone. Nihil tibi subitum sit sed totum ante prospicies. Nam qui prudens est non dicit: “Non putavi hoc fieri,” quia non dubitat sed expectat, nec suspicatur sed cauet.

Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 2 (C.W. Barlow ed., p.239, ll.20-23).